amarent pecuniam nisi putarent se per hoc
excellentiores esse. Divitias capiunt ex tali
superbia ideoque ut excellant divitias capiunt
ex tali superbia aboritur cupiditas. Patet ergo quod ex
superbia aliquando cupiditas et ex cupiditate aliquando
superbia descendit et ideo de utrisque recte dicitur quod sit
radix totius mali. Notandum quod metrum istud
dicitur phengraticum ab inventore et constat ex
duobus spondeis et uno dactilo. Sed his igitur

His igitur si pro se

Postquam ipsa philosophia
de fortune mobilitate
et in persona fortune desceptavit contra boetium
ostendendo quod boetius querimonia contra fortunam
facta esset iniusta hic iubet philosophia boetium ad illa
respondere et circa hoc duo facit primo enim interrogationem
proponit secundo quia interrogatione miserum se esse
supponit philosophia adducit rationes ad hoc quod se miserum
et infelicem non debeat reputare ibi Verum
tamen nota dicit his que hactenus dicta sunt de
fortuna et probatis contra ipsa fortuna quid velles
respondere cogita quid velis dicere. Nos bene damus tibi
opportunitatem. Unde boetius respondet dicens. Ista verba enar-
rata per fortunam et in persona ipsius sunt valde
delectabilia nam sunt oblita melle rethorice et
musice dulcedinis. Notandum quod oblita non vult
ab hoc verbo obliviscor nam hoc esset longum
in penultima secunda sed istud breve et venit
a verbo oblivio quod idem est quod maculo. Hic autem
sumitur pro pingere et addit quasi probationem sui dicti
quod illa que dicta sunt delectant tamen diu quam diu
proferuntur quando autem probata per hoc miser non quiescit
sed magis animus suus gravatur. Ipsa philosophia respondet
dicens. Verum dicis. Contra subiungit hanc responsionem
magis declarando dicens quod ea que dicta sunt non sunt
vera remedia sed cum preparatoria. Sed ego volo
tibi adducere adhuc cum tempus fuerit alia que te
salvum facient. Littera. Boetius dicit michi si ipsa
fortuna loqueretur sub his verbis prosequitur

[illegible]

Tum ego vera inquam

[illegible]

[illegible]

Unde dicit philosophus Boeci. Adde quod delicatissimum et mol-
lissimum sensus est cuiusque felicissimi hominis et nisi
cuncta sibi suppeditant ad nutum et ad voluntatem
omnia fieri vult cum sit insolens et insolitus omnis
adversitatis perstringitur et ledit a quibuscumque mi-
nimis adversitatibus. Unde certum est quod modicum dam-
nificium hominis insolentis magis torquet men-
tem quam maximum dampnum hominem solitum
faceret quia adeo perexigua et minima sunt
que a fortunatissimis summam beatitudinis detrahunt
quia felicitas est expers totius defectus et
quod se non debeat dicere infortunatum quia ego con-
iecto et scio quam multos esse qui se arbitrentur
et credunt esse proximos celo et elevatos si de
reliquis et de relictis fortune tue minima
eius pars contingat et adesset subiungit ultimo Ru-
dicis quem si quis exul erras quia hic et iste locus
quem tu vocas exilium incolentibus et in eo
habitantibus patria est et ex quo tu habitas et ea
est tua patria et non exilium. Procedit ulterius dicens
nichil est adeo a nostro miserum et facit tibi mi-
seriam nisi cum dicis te esse miserum. Contra quod
per contrarium omnis sors et fortuna tam prospera quam ad-
versa est beata equanimitate et equo animo tolleran-
tis et sustinere volentis. Ulterius excusat Boecium
dicens quis est ille tam felix qui cum dederit manus
impatiens qui est positus in impatientia mentis
qui non optet mutare statum suum et modum felicitatis.

Quam multas hic infert correlarium ad probandam
intentionem suam scilicet quod felicitas non consistat in
rebus mundanis et dicit in dicto parte primo non facit
hoc secundo ostendit quod non sit in rebus fortuitis ubi
cum locus sit felicitatis vel ostendam et primo facit
hoc secundo redit ad propositum ut in bonis temporali-
bus ostendat non esse beatitudinem vel aliquid ut ag-
noscas. Dicit ergo primo quod dulcedo felicitatis huma-
ne multis doloribus est dispersa ita quod non potest
obtineri et quamvis etiam sit delectabilis aliquantulum
sed ipsa discedit quando sibi placet et hominem derelin-
quit desolatum patet quia illud quod est
dispersum non esse summum bonum quia unum sum-
mum bonum alteri deesset quidquid autem deesset
alicui propter clausulam defectum non posset dici perfectum nun-
quam etiam facere posset delectationem perfectam cum
recedens merorem apportat ratio illud quod
est divisum et abiturum quando vult non est
non est summa felicitas sed felicitas humana
est huiusmodi. Dicit ergo dulcedo humane felicitatis est dispersa
et divisa multis doloribus vel diversis
amaritudinibus que etiam quamvis iocunda esse
videatur fruenti qui possidet eam tamen quamvis
sit delectabilis abeat et recedat cum velit ita quod
non possit a nobis retineri ita est dispersa licet
sit delectabilis ad quam sed recessura est alla-
tura merorem. Et liquet igitur concludit in-
tentum dicens quod cum beatitudo hominis est ita labilis et in-
cedens ideo sequitur quod beatitudo hominum mortalium
est valde misera cum non durat perpetua nec apud
equanimos et equales animos habentes vel apud
homines non equanimes sed inducunt ipsos dere-
linquit. Notandum quod bona humana nuncupatur
beatitudo sed tamen ipse accipit hic beatitudinem
humanam pro bona fortuna vel possessione pecunie
vel aliorum prosperitate. Unde dicit liquet et patet quam
misera sit beatitudo rerum mortalium que nec
apud equanimos et equales animos habentes perpetua per-
durat nec tota delectat quantum ad omnes sui partes
auxilios impatientes et notat cupiditatem et
delectationes se contra eam et ita ultimo concludit quod in
exterioribus bonis non est querenda felicitas sed
magis interioribus et dicit vos mortales
quid petitis felicitatem esse locatam extra vos

scilicet in rebus humanis et transitoriis cum
ipsa sit intra vos intra collocata. Nunquid error
et iustitia et ignorantia vos confundit.

Quidam hic ostendit ubi sit locus felicitatis
dicit ostendam breviter cardinem summam
vel felicitatem felicitatis. Cum enim felicitas
sit omnium bonorum perfecta possessio et
nichil sit tibi ceteris carius vel melius et
ergo si corpus tuum fuerit et si perfecte te cognove-
ris et mentem tuam recepis possidebis
omnia preciosissima tibi que nec unquam fortuna
aufert nec amittis. Unde cognoscere seipsum
est beatitudo que in hac vita habeat potest et ducit ad
veram beatitudinem que consistit in dei contemplatione
sicut etiam recitat Macrobius in dicto contemplatione
ab ydolo quereret quomodo salvari posset quidam
si te cognoveris quod verbum posset intendit
scriptum fuit quia ita argueret in facie templi
felicitas quo nichil tibi est carius. In hoc consistit cum
est dubium quia nichil sit homini preciosius sed non
seipso ergo summa felicitas est in ipso. Et tamen
ponit in littera per modum interrogationis dicens minorem
ne etc. Notandum quod dicit si corpus tuum illud
corpus sui qui non est impeditus suo intel-
lectu per ignorantiam et potest habere veritatis cog-
nitionem quando vult et in appetitu sensitivo non
sit corruptus ita quod ordinate sit iste ap-
petitus moveatur in suum bonum erroneis
operationibus exclusis et ita ex hoc quod non
habet impeditum intellectum per ignorantiam
et ex eo quod non habet appetitum corruptum
potest habere operationem boni. Unde in his duobus
consistit summa felicitas scilicet in cognitione veri
que est ipsius intellectus et in operatione boni
que est ipsius appetitus quia semper appetitus
movet appetitum sub ratione boni et hoc
ambo habet qui corpus sui ut hic sumitur corpus.

Atque ut agnoscas. Redit ad propositum
ut ostendat in rebus temporalibus non esse
beatitudinem et primo ostendit securitatem non
esse in rebus humanis secundo ostendit ubi quere-
nda sit securitas ibi Quisquis volet probat
primo interiorem tribus rationibus secunda ibi adhuc
ibi Et quoniam tu idem es. Tertio ibi Quoniam
rationem. Summa felicitas est clausula bonum quo
nichil est preciosius et melius sed rebus
fortuitis est aliquid melius et preciosius
ergo etc. maior patet per rationem declaratam. Nam hoc bonum
est preciosius quod non potest auferri per manus
violentas sed res fortune auferri possunt
ab unoquoque valentiori sicut patet evidenter
cum forenses querimonie cotidie fiunt pro
rebus repetendis ergo non sunt summum
bonum quia illud non potest auferri. Cum
corona nunquam decidet bonorum quia
sanctus et perfectus semel factus nunquam de-
cedere potest. Unde dicit atque ut agnoscas
summam beatitudinem non posse constare in
his rebus fortuitis sic colligo per rationem
Si beatitudo est summum bonum nature degentis
et viventis ratione per rationem sicut hominis
nec est summum bonum quod ullo modo potest
eripi quia non est auferibile per manus
violentorum quia precellit illud quod
auferibile est quod cum nequeat auferri
concludit manifestum est quod fortune instabi-
litas et scrupulositas ad percipiendam
beatitudinem non possit aspirare et elevari
aliqua favoris similitudine in millo se
comparatur. Et adhuc quem ponit secundam
rationem que probat quod summa felicitas non
consistat in rebus fortuitis et transitoriis

Et hoc sic. Nulla felicitas que cum defectu
adveniat est perfecta sed omnis felicitas fortu-
itorum bonorum est cum defectu. Ergo in bonis fortu-
itis non est vera felicitas. Maior patet ex dif-
finitione felicitatis minor declaratur in littera
quia quicumque dicit quod beatitudo in rebus mun-
danis existat ab illo queratur si sciat res
esse mutabiles vel non. Si nesciat cum signum
est quod in illis bonis non est felicitas quia sum-
ma felicitas est cognitio veri boni et ipsum
autem verum ignorat. Ergo sequitur quod ipsam felicitatem
veram sic attingere non possit. Si autem dicit ego
scio ipsas res esse mutabiles. Ulterius queratur
utrum cineat eas perdere vel non. Si dicat cineo
eas iam non habet beatitudinem nec summam felicitatem
cum ista beatitudine est delectatio et nullus timor
ipse autem timorem habet. Ergo summam felicitatem
non habet. Si vero dicat ego non cineo cum di-
cat ei quod ille res valde viles sunt de quarum
perditione non timemus. Nunc autem beatitudo non
est res vilis ut de se patet. Ergo beatitudo non est
in rebus vilibus scilicet fortuitis et temporalibus et
sic quocumque ille se vertat cum se ponderis ei quod
in eis non potest consistere summa felicitas et beatitudo.
Ratio. Adhuc et insuper ego quero ab illo
quem ista caduca felicitas bonorum temporalium
vehit et levem facit quia bene vehitur sine
difficultate. Vel ille scit eam scilicet felicitatem
caducam esse mutabilem vel ignorat.
Si nescit eam esse mutabilem patet quod non est
felix quia beata sors et summum bonum non
potest esse cum ignorantia. Et cum ignoran-
tia felicitas non persistit. Si autem scit eam
esse mutabilem cum quero ulterius supra
mutatur et sic necesse est quod mutatur amicitia
illam felicitatem quam amicus non dubitat posse
amicum. Ergo suus timor non potest
esse felicem. Sed si dicat ego non cineo
ita quod computat esse negligendum et non curandum
si amiserit ipsam caducam felicitatem
sic dico quod perpetuo bonum et vile quod amis-
sum feratur equo animo non curabo. Sed
supra summa felicitas non est res vilis. Ergo
Notandum quod beatitudinem hominis veram temporalem
est in aliquo bono creato consistere. Cum ipsa
sit ultimus finis et unum appetibile. Ergo si bonum
aliquod creatum esset ultimum beatitudo cum
oporteret quod bonum creatum esset perfectio hominis
et illud bonum esset ultimum cum solum perficeret
desiderium humanum quod est falsum. Quia nunc
est quod per beatitudinem nichil amplius sit
ut appetitus intellectivus qui dicitur volun-
tas semper fertur in nobilius et nunquam in
vilius ut dicitur 3° de anima. Sed unum bonum creatum
cum non est nobilius altero eiusdem speciei
et nature quia sortes non est perfectior pla-
tone isto modo perfectionis que est ex parte speciei
et non moris. Ideo nullum bonum creatum est
beatitudo alterius boni creati. Sed solus deus beati-
tudo est cuius contemplatione erimus beati. Secunda ratio
Et quia cum eidem est ponit certam rationem
que talis est. Omne quod datur a fortuna deficit
deficiente fortuna sed fortuna deficit sum-
mum in morte cuiuslibet hominis. Ergo etiam summa
felicitas quod est falsum. Quia sic felicitas cuius-
libet hominis finitur in morte et terminatur et
homo transiret in miseriam post mortem quod
falsum est probo. Nam scimus multos qui non solum
in morte quesierunt beatitudinem sed etiam
cum multis doloribus et supplicijs que susti-
nuerunt propter beatitudinem ut sancti martires Christi
et prophete ut dederunt se per mortis supplicia
acquirere beatitudinem. Et notandum si per mortis
adventum beatitudo auferretur sequeretur quod homines

per mortem depressi caderent in angustiam
sempiternam quia illud sequeretur de necessitate
quod morte adventante colleretur beatitudo que cum
vita continuaret felicitatem quia ablata auferretur
et felicitas. Unde destructo calore cordis destruitur
animal quia vita conservatur per calidum sicut dicitur in de lon-
gitudine et brevitate vite et ergo destructa causa
continuationis destruitur et illud quod continuatur.
Sed cum hoc est falsum scilicet quod post mortem homines deprimuntur
in angustiam sicut dicitur in littera quia nos scimus multos
mortem sustinuisse propter beatitudinem futuram que debetur
eis post mortem quia multi philosophi et alii sancti amore
veritatis et fidei omnem felicitatem huius vite sper-
nentes et eternam beatitudinem sperantes mortem
et supplicia gravia pertulerunt. Unde philosophus addit in
fine quod hec vita nemini potest facere beatum et sub-
iungit huius rationem quia hec vita transacta non efficit
miserum verum est sed hominem bonum et timentem
deum efficit beatum. Recte quia ita arguit. Si prius fortuna
beatitudinem conferret cum absens fortuna facit mise-
riam sed absens non facit miseriam. Ergo prius non
conferret beatitudinem. Ratio. Ergo philosophus scio quod cuidam
es cui persuasum atque insitum est nonnisi cum multis
demonstrationibus syllogisticis sive mentes hominum
nullo modo esse mortales et corruptibiles. Sed quod
vult philosophus primo de anima capitulo de corruptibilibus quod intellectus
est quidam divinum incorruptibile et impassibile et
illud manifestius patet in 3° ubi dicitur quod intellectus
sit immobilis per se impassibilis et eternus. Ergo
cum sit impassibilis et indivisibilis et per consequens incorruptibilis
quia indivisibile a nullo divisibile potest corrumpi
quia agentia et patientia ad invicem debent in
spiritu vel saltem in genere convenire sed divisibile
et indivisibile differunt plus quam genere quia differunt penes
corruptibile et incorruptibile que plus differunt quam genere ut
dicitur 10° metaphysice. Sed cum aliquis posset instare et
dicere quod indivisibile non posset esse in corpore divisibili
dico per interruptionem quod falsum est quia mutatio
esse indivisibile est cum est in motu divisibili ut dicitur 6°
physicorum et punctum est indivisibile cum est in linea divisibili sicut
concedunt omnes philosophantes. Sed cum multum dicere
de ista materia magis habet videri 3° de anima
quam in negotio presenti et ergo dico cum mentes hominum
sint immortales eis debetur beatitudo immortalis
sed clarum est ipsum fortuitam felicitatem finiri mor-
te corporis dubitare nequid si hec scilicet fortuna potest
auferre beatitudinem quin omnium genus mortalium
hominum labatur et cadat in miseriam quia cum
fortuna finitur in morte terminatur et beatitudo in
morte quod cum non est verum quia nos scimus
multos homines virtuosos quesisse et adoptasse
fructum beatitudinis vere non solum morte
verum etiam doloribus et supplicijs et cruciatibus
aliorum et hoc abiecta felicitate temporali concludit
et quoniam modo et quomodo fortuna prius beatus
facere potest que transacta et absens non efficit mi-
seros et infelices quasi dicat cuius presentia nullum facit
beatum illius absentia nullum potest facere felicem. Secunda ratio

Quisquis volet phenomenon. Supra philosophus ostendit quod in
rebus fortuitis non sit
summum bonum nec securitas. In hoc loco
ostendit philosophus ubi sit securitas ex quo non sit in
bonis temporalibus. Et circa hoc duo facit primum felicitatem
secundo adaptat eam ad propositum ibi fugiens. Circa
primum notandum quod iste boecius sanctus theologus et
philosophus alludit hic sub verbis parabole evangelii
dicit ihesus matheus. Omnis qui audit verba
mea hec et facit ea assimilabitur viro sapienti
qui edificavit domum suam super petram.

Quid igitur eadem illud [illegible] ... [illegible]
[illegible] ... dignitatibus et potentiis [illegible] ...
[illegible]

[illegible]

Nouimus quantas [illegible] ... boni fortune [illegible] ...
[illegible]

[illegible]

causa metri. Unde dicit septem i gelidi tiones
quod iste etiam sua potestate regebat plagam
septentrionalem ubi oritur arcturus qui
causat calidum debile. Et ideo dicit gelidi
septentriones non tamen quod simpliciter sunt frigida
ista astra sed quia tunc est tempus frigidum
cum oriuntur ut est antiquitus sicut visum
est supra premonitionem solis vel dicuntur frigida
quia agunt calorem solem aque quia nullum
astrum simpliciter dicitur infrigidare. Et iste
nero regebat illos populos quos violentus
nothus i ventus australis fortis corret
i calefacit nothus inquam recoquens i
cremans ardentes arenas ardet n
terram australis per minus solis caliditate
quia dicitur partem meridionalem respicit
quam nero etiam regebat et quibus ista
omnia optinebat. Unde primo celsa i immensa
potestas valuit vertere i mutare rabiem i
crudelitatem primi neronis quod non quia
defuisset sibi potentia nunquam tanta mala
concepta complevisset et nocuit sibi. Sed
Ben gravem sortem. Conqueritur de hen
dico esse gravem sortem i eventum quotiens
iniquus gladius potestas addit sevo ve-
neno i feroci homini quia potestas temporalis co-
pulata viro iniquo iniquam locos
sortitur exitus et eventus. Sed tunc ego

Tunc ego scis. Superius ipsa philosophia questus
est et ad hoc ostendit in
dignitatibus potentiis et divitiis non
esse bonitatem expectandam. Et quia
boecius fuerat in multis dignitatibus et divi-
tiis credit forte aliquis ideo philosophiam hoc dixis-
se quod boecius ambitiose talia concupisset. Et ideo
boecius hic se excusat et dividitur in duo. Primo
premittit quedam i ore excusationis. Secundo
ibi. Et nulla. Dicit ergo primo modum excusationis
philosophia cum scis ambitionem et cupiditatem
rerum temporalium nunquam fuisse nobis dominatam
ita quod appetitus istarum fuerit inordinatus
sicut quorundam appetitus in hiis potest sibi
finem ultimatum. Sed nos adoptavimus eas
res ad virtutes gerendas ut tacita vitia
et latens in nobis que fuit utilitas proximorum
et pauperum non marcescerent in preiudicium
bonorum. Notandum quod materia gerendarum rerum
sunt sine quibus convenienter geri non possunt seu
nequeunt res sed cum quibus convenientius
fiunt et sunt tria. Potentia auctoritas sapientia
quia sine sapientia nichil convenienter geritur. Unde
Seneca. Sine sapientia studio eger est animus et
omne opus cum languescit. Sine auctoritate
etiam nil debite exercetur quia quilibet auctori-
tate sua libentius auditur et facilius
ei creditur. Cum potentia vero mali deprimuntur et boni
excolluntur. Ita ergo boecius inquam i dixi-
tum i conqueritur o philosophia cum scis ambitionem mor-
talium rerum i desiderium minimum i modicum
fuisse nobis fui dominatam. Unde horatius. Et
michi res non me rebus submittere conor.
Sed nos adoptavimus materiam i modum
gerendis rebus i gerendarum rerum vel ad res
virtutis gerendas ut sunt sapientia auctoritas
potentia quoniam i ut non virtus tacita conse-
nescerent in nobis i ne id frustrarentur quod divi-
ni adoptavimus scilicet defendere pauperes et innocentes
consolari i cuiusdam. Notandum quod in prelatione

Vos vero immortalitatem. Hic invehitur contra appetentes famam et gloriam vanam. Et primo contra famam appetitores. Secundo contra gloriam quesitores. Ibi Vos autem nisi. Dicit ergo primo: Vos vultis immortalitatem famam propagare seu propalare scribendo credunt famam perpetuare. Quod est impossibile quia nulla fama potest perpetuari. Probo: finiti ad infinitum nulla est proportio nec proportio. Sed fama humana si sit cum proprio et cum proprio tempore durabilis tamen finita est. Eternitas autem infinita sicut patebit in quarto huius. Ergo nulla erit fama hominum comparata ad eternitatem. Primo autem infirmat conclusionem. Vos homines vos videmini propagare et acquirere vobis immortalitatem et eternitatem cum cogitatis et desideratis famam futuri et proprii temporis. Quid si cum pertractes et consideres infinitam spatium eternitatis quod est quod de cui nominis diuturnitate leceris quia fama tua est temporalis. Ideo non vales eternitati commensurari. Probo quia unius momenti mora et unum momentum si conferatur et comparetur decem milibus annis habet proportionem licet minimam quia utrumque spatium temporibus temporis est definitum et finitum. Sed pro alia parte adhuc sumatur minus quantumlibet multiplex et quantumcumque magnus non tamen potest comparari ad interminabilem diuturnitatem et ad eternitatem. Et probat ista duo secundum ordinem. Primo primum dicit quod quantumcumque annorum maximum minus ad momentum cum unum posset comparari quia si finitus ad se invicem fuit comparandum collatio et comparatio sed maximum quod ad eternitatem minime infinitum. Tamen temporis finiti nulla est comparatio quia eternitas et tempus in nullo se comparantur sicut patet secundum Tullium. Quod finiti ad infinitum nulla est proportio et ergo concludit. Et ita sit ex isto ut fama quantumlibet proprii temporis cogitetur et comparetur cum mexhausta eternitate non tamen parva sed plane nulla esse videatur. Ex isto habemus quod fama brevi spatio temporis coartatur et hoc comparando tempus ad eternitatem. Unde licet tempus quasi infinite sit sumptum tamen nullam habet comparationem ad eternitatem quod finitum est in eternitatem. Et ita dico quod in quocumque tempore servatur finitas servatur proportio quia si mille anni comparentur ad momentum est aliqua proportio quia utrumque tempus finitum est et ergo tempus quod hic pertransit quasi nichil est contra tempus perpetuum sive durationem eternitatis. Ergo gloria humana non est petenda cum nulla sit comparando eam ad eternitatem. Vos autem nisi. Invehitur contra appetitores vane glorie dicens quod homines nichil sciunt boni operari nisi propter vanam gloriam que est ventosa dignitas et tertium est quod ipsi non paucos inflat sicut dicit Gregorius. Non paucos inflat ventosa superbia pestis luciferi celo primitiva lues. Et isti appetentes eam querunt gloriam de alienis sermunculis et verbis parvi valoris et hoc appetere est relinquere conscientiam et virtutis excellentiam quia unusquisque virtutis premium proprie conscientie debet accipere et non aliunde. Unde Matthei v. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Et in primo istius quotiens minuit secretum conscientie se probantis et pretium recipit ipsius fame. Et ita vitio se domentur sicut pulchre ostendit per quendam philosophum dicens quod quidam aggressus est contumelias filium philosophi volens experiri an ille philosophus esset quas contumelias cum ille filius philosophi sustinuisset aliquantulum

dixit: Non advertis me esse philosophum et ille dixit: Utique si tacuisses unde contumelias verbum fuit. Si tacuisses philosophus fuisses. Et ergo cum non perseverasti in patientia sed solam gloriam desiderans sic tacuisti. Et ita multi sunt qui nichil operantur nisi propter vanam gloriam et quaerunt alienam gloriam. Ergo est necesse ut ipsi suis laudibus erubescant. Et ita vos autem homines nescitis bene operari nisi ad populares aures et manes rumores. Quod laudem requiritis vulgarium et ita relicta prestantia et pretio virtutis et conscientie postulatis premia de alienis sermunculis et verbis parvi valoris. Declarat in exemplo accipere in levitatem vilitatem huius arrogantie quia fuit cupidus in vanis glorie quam festive aliquis illuserit et fefellit philosophum filium. Nam cum quidam virtuosus ad orsus esset et allocutus quendam philosophum filium contumeliis et verbis derisoriis qui falsus philosophus non ad virtutis usum sed ad superbiam falsum nomen philosophi accepit sicut dicit primo Elenchorum quod quibusdam magis opinatur videri sapientes et non esse quam esse et non videri. Adiecisset quod se iam scitum et velle experiri an ille philosophus esset si quidem ille falsus philosophus illatas iniurias patienter collerasset sine responsione proterva. Sed hoc non fecit quia pauli sed modicum assumpsit patientiam sed tandem inquit et dixit: Velut insultans et iratus pro contumelia accepta et illata intelligis ne me esse philosophum cum et contra verus philosophus et ille intellexeram si tacuisses et tunc philosophus fuisses. Et ita iste ex propriis verbis et operibus confundebatur cum solum apparentiam et non existentiam quesivit.

Quid autem est. Ponit certam rationem clarum per resolutionem corporis aut totaliter moriuntur vel corrumpuntur secundum corpus et animam aut remanebunt anima incorruptibilis. Si totaliter corrumpuntur quod tamen est contra veritatem nullam possunt habere gloriam cum nichil sint et gloria plane nichil valeret. Si autem anima remanet sicut facit nichil est sibi gloria terrena cum gloria celesti perfruatur. Et ita semper gloria nulla est apud perfectos totam rationem ponit in littera primo ergo dicit sub admiratione. Quid est quod ad principios et perfectos viros acclinet. De his enim sermo est cum supra in vita viri qui gloriam in virtute petunt. Quid est quod ad hos perfectos acclinet et pertinet post resolutionem corporis supremi morte. Nam sicut nostre rationes theologice et philosophice vetent et prohibeant quod toti homines moriuntur supponere loquitur et ponatur quod homo secundum corpus et animam moriatur cum nulla est omnino gloria cum ille non existat et sit omnino secundum corpus et animam cuius illa gloria dicitur esse. Sed pro alia parte si in vero pro si mens et conscientia conscientia sibi per virtutes resoluta a terreno carcere et a corpore libera a vitiis petit celum nonne cum anima omne negotium terrenum spernit que fruens celo a terrenis negotiis se gaudet exemptam et liberatam. Quod autem anime hominum moriuntur cum corporibus quod tamen est contra philosophiam et veritatem sicut manifeste patet tertio de anima. Nec fides tenet. Aut non moriuntur cum corporibus si moriuntur nulla potest esse gloria anime que non est si non moriuntur si libere ab omni contagio ascendunt et cum spernunt omne esse terrenum quid anima vivens in celo et fruens contemplatione dei a terrenis ponderibus gaudet se esse liberatam. Vel si toti homines moriuntur eterna morte quia cum totus homo moritur cum deo moritur dampnificatio perpetua desperationis cum nempe gloria sua peribit cum eo quia nichil fore iudicatur. Unde psalmus: Nomodo facti sunt in desolationem subito defecerunt perierunt propter iniquitatem suam. Unde ymaginem ipsorum ad nichilum redigas. Hec littera. Quicumque solam mente.

Quicumque solam mente. Supra ostendit philosophus quod gloria sit coartata in brevi spatio loci est temporis hic ostendit hoc idem exemplis

Sed ne me mer
PSA. VIII.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Iam cantu illa finierat. [illegible]

[illegible]

[illegible]

Qui serere ingenuum [illegible]

[illegible]

Cum ictero paulum [illegible]

[illegible]

[illegible]

Quamuis fluente [illegible]

[illegible]

Sedne dignitates [illegible]

et dignitas et reverendum quem [illegible]
dignitatis assumendi in eos quibus fuit ad-
ministrata ¶ In quo illud est ponit rationem de-
[illegible] quod dignitates [illegible]
[illegible] faciunt homines plus reverendos quam
reverendum sic [illegible] homo eo plus [illegible]
[illegible] et reverendus quo a pluribus despicitur
Sed quia dignitas est potius [illegible]
[illegible] reverendum [illegible]
despicit [illegible] plures [illegible]
[illegible] dignitas facit hominem indig-
num et despectiorem [illegible] ponit [illegible]
[illegible] dignitate [illegible]
[illegible] quos [illegible]
[illegible] abiectus et despectus [illegible]
[illegible] aliquam reverentiam exhibeant [illegible] non
[illegible] dignitas [illegible]
[illegible] reverentiam exhibere [illegible]
[illegible] quod dignitas omnes et
[illegible] reverendos quod dignitas [illegible] et
manifestius pluribus [illegible]
dignitatis [illegible] despectiorem esse
[illegible] dignitatem [illegible] facit
reverendum et [illegible]
[illegible] et [illegible] facit et hoc probat quia
[illegible] sic quia [illegible]
[illegible] reddimus dignitatibus [illegible]
dignitatem [illegible] opera [illegible] dignitas
[illegible] homines [illegible]
faciens homines [illegible] et despectiores
¶ In quo illud quod sequitur [illegible]
reverendum sic quod dignitas facit [illegible]
quia sic [illegible] despectior [illegible] quo
[illegible] a pluribus hominibus [illegible] ipsa dig-
nitas [illegible] facere reverendos [illegible] quos
pluribus hominibus ostendat [illegible] esse
despectiores [illegible] et [illegible] dig-
nitas [illegible] facit [illegible] et reverendos
[illegible] non [illegible] quia [illegible]
reddunt [illegible] dig-
nitatibus et [illegible] suo [illegible]
[illegible] ¶ Atque ut dignitas probat quod
[illegible] ipsis dignitatibus facit homines re-
verendos sic [illegible]
ubique et semper cum [illegible] sed dignitates [illegible]
[illegible] faciunt reverendum [illegible] ubique [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
¶ Hoc apud [illegible] et de-
[illegible] reverendos [illegible]
modum [illegible] dignitatem [illegible]
[illegible] dignitatem [illegible]
[illegible] ipsas dignitates [illegible]
facit homines reverendos [illegible]
[illegible] quod de se habet
[illegible]
habet [illegible]
[illegible] semper et [illegible]
[illegible] semper et ubique [illegible] dig-
nitates [illegible] et
[illegible]
[illegible] opinione hominum [illegible] quod
[illegible]
[illegible] dignitas [illegible]
reverentiam [illegible]
[illegible] dignitates [illegible]
[illegible] dignitas [illegible]
dignitates [illegible]
[illegible] aliquis [illegible]
[illegible] dignitate [illegible]
[illegible] barbaras nationes [illegible] magnus
honor [illegible] barbaris [illegible]
[illegible] hoc [illegible]

ipsis dignitatibus [illegible] ubique [illegible] ab officio suo
quod esset reverendum facere [illegible]
[illegible] hoc facit sed fallacia apud homines [illegible] honores
et reverentiam ipsis dignitatibus [illegible]
[illegible] ad eos homines qui digni-
tates eas [illegible] sicut patet quod [illegible]
dignitas [illegible]
[illegible] quasi [illegible] et reverendum
[illegible] ¶ Sed hoc fit apud [illegible] per [illegible]
quod dignitates non semper faciunt reverendos [illegible]
[illegible] apud quos esse videtur sicut ostendit de quadam
dignitate que dicebatur [illegible] romani [illegible]
[illegible] dignitas [illegible]
[illegible] qui [illegible] et
[illegible] sic [illegible]
[illegible] reverenda [illegible]
[illegible] habebat [illegible] et [illegible]
[illegible] nunc [illegible]
[illegible] ipsa dignitas [illegible]
[illegible] sicut patet quod [illegible] pluribus
[illegible] et [illegible]
[illegible] dignitas nichil habet proprii splendoris sed
opinione [illegible] quod [illegible] decorem [illegible]
[illegible] sed [illegible]
[illegible] simul [illegible] fit [illegible]
[illegible] dignitates et potentiam [illegible]
[illegible] hoc [illegible]
dignitates non faciunt reverendum hoc fit apud
[illegible] sed [illegible]
[illegible] apud quos [illegible] sunt [illegible]
[illegible] declarat [illegible]
[illegible] et [illegible] potestas nunc [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] potestas [illegible]
[illegible] et hoc [illegible]
declarat magis [illegible] quo
[illegible]
[illegible] habebat ¶ Nunc [illegible]
[illegible] dignitate [illegible]
[illegible] nichil habet
proprii decoris nisi ex opinione [illegible] posside-
[illegible] splendorem [illegible] decorem [illegible]
[illegible]
¶ Si igitur reverendos [illegible] concludit [illegible]
[illegible] quod dignitates non
[illegible] sicut [illegible] opinio-
[illegible] reverendum [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] opinione hominum
[illegible] eos [illegible]
[illegible] nichil
esse quod non [illegible] et [illegible] nichil
[illegible] aliis [illegible] re-
[illegible] quia nichil [illegible] quod
non habet [illegible] dignitas
[illegible] facere reverendos [illegible]
[illegible]
[illegible] dignitate [illegible]
[illegible] nichil [illegible]
quod dignitates [illegible]
[illegible] non aliis [illegible] aliis
[illegible] ¶ Quamvis se tyrio superbus

Quamvis se Tyrio

[illegible] quod [illegible] dignitas
[illegible] felicitas [illegible]
[illegible] philosophia [illegible]
in dignitatibus non esse felicitatem [illegible]
[illegible] miseris
[illegible] dignitates [illegible] miseris
quod dignitates non sunt [illegible] in eis

Anno regni

Expertus sortis sue. Adducit 3m rationem. Ex quo sic
incendit argumentum. Summum bonum nullis terroribus
vel sollicitudinibus anxiatur. Sed regna et huiusmodi que
videntur conferre potestatem plurimis hiis et amaritudinibus
affliguntur. Quare potentie non erunt beatitudines
conferentes. Maiorem huius rationis supponit et brevem
subdit cum conclusione. Tangendo hystoriam dyonisii
tyrannum. Ad cuius evidentiam notandum quod iste
dyonisius fuit rex cecilie circa tempus et tyrannus
qui quadam die sedens in palatio suo qui cristus
et interrogatus a fratre suo dicit ita sedet ipse autem
cecinit. Alterum autem die fecit tubicinari ad iam-
as fratris sui domus ut moris usitati erat fieri his
qui iudicabantur ad mortem. Et cum fecit capi
fratrem suum et reponi in quodam loco ubi sex fue-
runt gladii ita positi quod fratrem istius tyranni
exeuntis non posset se ad aliquam partem movere quin
statim puniretur et cuspide gladii alicuius. Habebat
enim unum ante alterum post. Certum 3m dexterum
latus quarum 3m sinistrum quorum subtus
ne posset sedere sextum super caput ne posset
excolli. Et cum videns tyrannus fratrem suum
sic positum inter gladios. Interrogavit eum quare
ita tristis esset qui respondens ait quare non
deberem tristari qui sum positus inter cor gladios
et cum respondet tyrannus quod ipse esset po-
situs inter plures et hoc dixit propter sollicitudinem
et hoc intendens dixit quod quod tyrannus sui reg-
ni est. Patet quod potentia regni est parva quia non expertus
a curis et a sollicitudinibus liberum facere. Potest hoc
quod non possit viam ad summum felicitatem probare
sicut certa opinio putabat fieri. Littera. Quidam
tyrannus scilicet dyonisius rex cecilie expertus sue
sortis a fortune periculorum simulavit. Et equiparavit
metus id est sollicitudines regni sub terrore gladii
pendentis super verticem id est caput sui fratris
que igitur est hec potestas que nequit expellere mor-
sus id est cornicula sollicitudinum que etiam nequit
vitare aculeos id est stimulos formidinum. Et qui
pro certe ipsi vellent vixisse securi sed nequeunt
et in hoc posse deficit. Sed divinitas potentia non facit
beatitudinem. Ergo etc. Debuit ponere 3m rationem et potest
sic formari. Per beatitudinem potest homo quidquid vult. Sed per
potestatem non habet hoc homo quod vult. Ergo potestates
non conferunt beatitudinem. Maior patet per diffinitionem beati-
tudinis quia est perfectus status in nullo deficiens. Bea-
titudo in littera. Quia nichil nec modicum est perfectum
bonum in potentia temporali quia potens vult circumdari
satellitibus suis ad sui securitatem. Sed patet quod
potentiores sunt qui defendunt alios quam qui
defenduntur. Nunc autem patet quod famuli defendunt re-
ges habentes regna. Ergo sunt potentiores suis dominis
et potentiores videntur dominis. Est enim hec potestas
tenebrarum. Littera. Debuit esse signum nove rationis. Glo-
riantur de potestate quod non debent hoc facere. Probatio. An
cum illum censes id est iudicas potentem quem videas
velle hoc quod non possit perficere censes ne illum esse
potentem qui ambit id est circumdat latus suum sa-
tellite id est pompa militum et servorum qui rex quod
ipse terruit plus metuit id est illos quos ipse ter-
ret ab eis etiam terretur. Et qui nunc potentes esse
videantur hoc sicut est in manibus servientium sibi
id est suorum famulorum. Sed supra summum bonum non
indiget defensione exterius quia sibi ipsi est
sufficiens licet bonitatem suam aliis velit im-
partiri. Unde Ps. Dominus fortis et potens. Unde Ysaie
ix. Et vocabitur nomen eius admirabilis de-
us fortis. Et Daniel. Et datum est ei regnum
et honor etc. Et ita quod solus deus id est summum bonum
est potens quia de manu mortis est potens
liberare populum suum sicut dicitur Osee xiii. Et ecce
potentie sunt divinitate. Hec. Nam quid de re-
gum. Ostendit quod regna et huiusmodi non faciunt poten-
tem. Et ostendit hoc idem de familiaribus regum
quorum potentia destruitur a potentia regum a quo
conservari debet sicut a suo principio. Ratio autem sic
habet. Illud quod ducit hominem ad interitum
et infert sibi nocumentum in eo non consistit summum

bonum. Et potest addi quod de facili mutatur. Sed
potentia familiarium de facili mutatur ex mutatione
regis et propria et aliquando familiaribus mortem et
nocumenta infert. Ergo potentia familiarium non est
summum bonum. Maior patet quia summum bonum nemini
deprimit sed suos exaltat. Unde Ysa. Ecce servus meus
intelliget et exaltabitur in conspectu dei. Neminem
etiam confundit. Unde Apostolus. Omnis qui confidit in eum
non confundetur. Nullum etiam contristat sed consolatur.
Ps. Multe tribulationes iustorum et de hiis omnibus liberabit
eos dominus. Amor declaratur in littera dupliciter. Ut
quia regia potestas destruitur et cum planum est quod
pendentes dignitates etiam destruuntur et ideo
istud membrum non probat. Aut ipsa in sua dignitate
manente sed familiaritate tamen non durante. Et quia
istud membrum non est ita probabile probat ipsum per exem-
plum. Senece et papinianus qui fuerunt familiares re-
gibus et propter hoc devenerunt ad interitum. Seneca
enim fuit magister neronis qui ad hoc cogebatur ut
eligeret mortem quam vellet. Ipse autem secundum quosdam
elegit mori in balneo ita quod permisit sibi tangere venam
qua cacta statim exspiravit. Papinianus autem
fuit etiam valde potens apud regem Antoninum quem
ipse a suis militibus sue domus misit decollari.
Et ita patet quod familiaritas regum non probat viam
ad summum bonum scilicet potentiam cum ducit ad interitum. Unde
Ps. Nolite confidere in principibus. Et sapiens quidam. Ex
facili causa dominus mutatur et aura vasis vitrorum si-
mulatur amor dominorum. Et addit quod tam seneca quam
papinianus se a curia et familiaritate libenter
alienassent et neroni omnia bona sua reliquissent
sed neuter istorum illud apud regem potuit opti-
nere sed penitus sine culpa occidebantur. Littera.
Nam quid disseram id est dicam de familiaribus re-
gum. Cum ipsa regna monstrant esse plena tante
imbecillitatis id est debilitatis quia non diu durant
quos familiares sepe incolumis id est vigens et sa-
na nec non lapsa id est prostrata prosternit id est debilitat
et hoc declarat dicens. Nero coegit senecam suum pre-
ceptorem et familiarem ad arbitrium eligende mor-
tis. Et dicit quod mori elegit in balneo. Et Antonius
rex obiecit id est dedit papinianum sic dictum diu potentem
inter aulicos gladiis suorum militum quia ab eis de-
collabatur. Atqui id est certe utrique id est seneca et papi-
nianus voluerunt renuntiare potentie sue id est po-
tentes non esse desiderabant quorum istorum seneca
conatus est id est voluit opes suas id est bona sua tradere id est
dare neroni et conferre se in ocium id est in separationem
familiaritatis. Sed dum ipsa moles id est periculum mortis
trahit ruituros eos moriturus neuter id est neque
seneca neque papinianus effecit id est ad effectum perduxit
quia sue potentie non potuerunt renuntiare. Concludit
dicens. Que ergo est ista potentia quam pertimescant habentes
id est familiares quam id est potentiam cum habere velis citus id est
securus non sis et cum deponere eam velis vitare non
possis. Littera. An presidio. Ponit sextam rationem que talis
est. Hoc non prebet nobis potentia vel summum bonum
cuius frequens mutatio facit inimicitiam sed fa-
miliaritas regum est huiusmodi. Ergo etc. Maior patet quia summum
bonum nescit fluctuare de gaudio in tristitiam
sed sempiternam habet leticiam. Unde Ysa. Leticia sempi-
terna super capita vestra. Et sapiens. Iustus in perpetuum
vivet quia corona eius non decidet. Amor patet in
littera cum rex et sui familiares sunt reconsiliati per
fortunam et cum permutata fortuna permutatur amici-
tia et per consequens familiaritas. Et ita ipsum familiarem
destruit ad unguem propter familiaritatem nimiam.
Quid enim Romana civitas ab agrippina pati posset
certe modicum sed propter loci distantiam. Et ita non est pestis
efficacior ad nocendum quam nimia familiaritas
unde quidam. Nulla peior pestis quam sit domesti-
cus hostis. Littera. An presidio id est auxilio sunt amici
quos non virtus id est vera dilectio sed fortuna consilia-
tur id est coniungit sicut est amicitia que fit propter bonum utile quod
non sed id est quia quem felicitas id est prosperitas facit ami-
cum eundem infortunium faciet inimicum. Unde Ovidius

cum fuerint filie multos mirabiles amicos. Tercia si fuerint nubila solus eris. Et que pestis efficacior i. magis potens ad nocendum alicui quam familiaris i. domesticus inimicus quos non separat loci distantia sed inimicus conversacio coniungit. Hii sibi invicem possunt obesse. Qui se volet esse potens.

Qui se volet esse

Superius probavit sex rationibus quod familiaritas regum non facit potentiam. Hic ostendit philosophus quis sit vera potencia et qualiter possit acquiri. Quicumque vere potentem se desiderat esse, vicia vincat et virtutibus incendat, domet et suppeditet ferocitatem animi que in ira et superbia et in aliis passionibus continetur, nec subiunctat colla victa a libidine ita quod ducatur quasi victus fedis habenis i. curpibus vinculis luxurie et aliorum vitiorum sic vere fit fortis et potens. Quia licet homo totius mundi habitacionem possideret et omnia sibi per suam potentiam subiugaret, si tamen non posset refrenare animum suum quantum ad motus illicitos sua potentia nulla est. Unde Salomon in prin. Fortior est qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Et ergo impotens est qui nescit motus extraneos refrenare. Unde Augustinus: Miser est omnis animus qui sibi allicit amicitiam bonorum temporalium et fortuitorum, quia hic summam potentiam habere non potest. Vult ergo philosophus dicere quod vera potentia unusquisque existit in possessione virtutum et expurgacione vitiorum per quam omnis animus ad veram beatitudinem potentiam pervenit. Notandum quod philosophus 2o methaphisicorum perfectum indicat unumquodque et perfecte virtutis seu potencie quam perfecte in opus proprium, per quod plane patet in arte et natura. In arte namque quilibet perfecte potencie dicitur artifex cum potest perfecte facere opus suum, ut scilicet carpentarius dolare et secare ligna eisque debitam disposicionem imprimendo. In natura namque videmus idem quod quodlibet organum dicitur perfectum cum potest in operacionem suam perfecte ut oculus videndo, auris audiendo et intellectus intelligendo. Et hoc est proprium hominis agere secundum intellectum et rationem et inquantum potest in illam actionem dicitur perfectus homo et potens. Inquantum non potest non dicitur perfectus nec potens. Ergo maxima et perfecta potencia hominis consistit in perfecta operacione rationis ut est agere in agibilibus bonitatem et comprehendere in cognoscibilibus veritatem. Et quia hec operacio impeditur passionibus diversis necessarium est si homo velit esse potens quantum ad eius operacionem quod domet passiones animi ut nequaquam vincatur ab eis. Unde Plato: Vincere seipsum i. motus suos inordinatos et passiones omnium victoriarum prima et optima est quia sine hac victoria nulla virtus perfecte acquiritur nec vicium exsurpatur. Unde Seneca: Nulla victoria maior est quam vicia domuisse et hec est optima quia hanc habet nichil remanet ad vincendum quare homo erit potens perfecte. Ergo ille qui volet i. vult esse potentem domet i. compescat feroces animos i. illicitas passiones animi nec subiunctat colla i. intellectum suum quia sicut collum sustentat supremum organum ita intellectus supremum virtutis fedis i. immundis habenis i. regiminibus colla inquam victa i. superata libidine i. concupiscentia libidinosa. Et enim licet indica cellus i. indica longe distans tremiscat cum nira et ultima cellus cyle i. ultima terra mundi serviat tibi si tamen non possis pellere i. removere acras curas i. vicia curarum que animam denigrant ut vult Ieremias: Denigrata est super carbones facies eorum. Non enim posse fugare miseras querelas i. murmura impacientia que animam miseriam faciunt. Unde filii quondam dei electi murmuraverunt et ideo perierunt. Potentia non est licet possideat totam terram quia subditur vicia et eis dominari nec sibi potest. Et ideo aliorum dominus dici non potest cum sibimet non potest servare libertatem. Cum vinculatus sit propriis vitiis. Unde Ysaias: Solve vincula colli cui captiva filia Syon. Et sic aliis potest imperare. Unde Aurora: Postquam purgatus fuerit tibi mentis ocellus, utilius fratrum corda movere potes. Unde nulla potentia est in dirigendo et corrigendo alienos proprios autem errores non posse corrigere. Sicut nulla potentia est medici qui illos vellet curare et suas curabiles egritudines curare non posset. Et ideo dicit Seneca quod maius regimen erit qui seipsum regit circa animi passiones quam qui regit mundum ab oriente in occidentem et a meridie in septentrionem. Et hoc idem intendit hic philosophus notare. Ex quibus patet sufficienter principalis conclusio quod non possunt summum bonum in hiis potentiis caducis reperire. Notandum istud metrum dicitur permeticum ab inventore anapestrum et tachaletum ponitur cum quod anapesto aliud dactilus vel spondeus per equipollentiam. Gloria vero quam fallax.

Gloria vero quam fal.

